FRANCISCI PATRICII SENENSIS, PONTIFICIS CAIETANI, DE INSTITVTIONE

tione Reipublicæ libri nouem, hiſto-
riarum ſentẽtiarúmque varietate re-
fertiſſimi, cum annotationibus mar-
gineis, indicéque vocabulorũ, facto-
rum, dictorúmque memorabiliũ co-
pioſiſſimo, alphabetica ſerie digeſto.

PARISIIS,
Apud Aegidium Gorbinum, ſub ſigno Spei,
è regione Collegij Cameracenſis.

1585.

CVM PRIVILEGIO.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

AD LECTOREM DE REFORMATA HVIVS *operis editione, eiúſque commendatione.*

COMMODVM hac tẽpeſtate incidiſſe arbitror, amice lector, vt bibliopolæ iſti cordatiſſimo (Egydium Gorbinum dico) in mẽtem venerit, Franciſci Patricij Senenſis Caietani Epiſcopi de Regno libros in lucem veluti poſtliminio reducere. digniſſimos illos (ſi qui alij) qui ſi non quotannis ac quotinenſibus (vt triuiales pleriq; ac nullius frugi libelluli vna vix nocte concepti, nati ac editi) pro ſua dignitate grauitatéque freqũetius certe, ſub incude (vt aiunt) caleographica reuocentur. Nam quòd hi multis iam annis deſierint in manibus verſari, niſi ſanè per

B. BLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

AD SENATVM POPVLVMQVE SENENSEM FRANciſci Patricij à Senenſis Pontificis Caietani.

EPISTOLA.

DIVTVRNÆ peregrinationis meæ honeſta cauſa efficit, vt deſiderium optatæ patriæ tolerabilius perferam. Nam ſi qua alia ratione tandiu abſuiſſem, certè ſenio atque mœrore iampridem confectus eſſem. Sed Pontificij Caietani (cui per religionem Chriſtianam præſum) munere impeditus æquiore animo patria, conſuetudine, & ſuauiſſimis conciuium meorum ſermonibus huc vſque carui. Adblanditur ſanè mihi non parua ex parte amœnitas Caietanæ vrbis, & ciuium in me indulgentia: qui non vt peregrinum & aduenam, ſed vt indigenam ac conciuem, me omni officio omnique pietate complectuntur. Additur etiam mirifica quædam regionis vbertas, & admiranda cœli ſalubritas, quæ homines ad multam vſque ætatem ſanos incoluméſque alit. Proinde minus admirandum eſt, Scipionem Aphricanum ſolitum